

& Sol simplex, est terra existens sub ipsa aqua splendente. Et radix huius aque, sunt ambæ aues colligatæ, quarum utraq; retinet caudam alterius. Et radix harum auium est Luna plena, & hæc est Magnesia, & Abarnahas perfectum.

Quicquid autem peruenit ad te, ex parabolis, similitudinibus, nominibus, gemmis, floribus, sulphure, arsenico & argento uiuo, de Cambar, & omne nigrum, rubeum & album. Et omnia humida ex acetis, lactibus, sanguinibus, urinis, spermate, fellibus & his similibus. Hæc omnia significant hanc Aquam diuinam. Et omnis aqua ei similis, quia assimilauerunt eam omni subtili, ex humidis & alijs, & ouo composito ex rebus.

Dixit filius Hamuel, author huius operis. Feci inimicos in carmine figurarum, & imaginum, quas prædixi fuisse descriptas in marmore in gremio sapientis, existentis uel sedentis iuxta hostium thalami, in domo quam sibi ædificauerat, quibus imminebat ad sapien-

B iij tiam